

MARSILII FICINI LIBER

Resumptio probationis de Christiana uindicta in tria capita.

Voniam uero uarias quotidie huius uestrae calamitatis causas diligenter excogitatis, quo cædis Christianæ culpam subterfugiat, rem omnem ab initio competentes in tria capita colligamus. Tria potissimum in eo scelere, cuius culpa dispersi estis, concurrere oportere necessarium arbitramur. Primum quidem illud, quod ab initio tetigimus, quod uidelicet multo grauius sit, quam ea culpa, ob quam olim in Babyloniam dispersi fuisti, & tanto saltem grauius, quam conditio uestra post Iesum deterior est, quam in ea dispersione. Calamitas haec a cæde uestrorum inenarrabili, & ulissima uenditione traditur incepisse, sepe quidem alias, & grauiterante Titum, & post Iesum, maximè uero Hierusalem sub Tito, & in Mesopotamia sub Traiano, & Biter, sub Adriano, passim & sub Galio, quod quidem in ea, quæ ante Christum fuit non contigit. Addite quod Claudio ultra cæteras calamitates etiam fame extrema, ut inquit Lucas, uos Deus opprescit, quam quidem Claudij tempore magnam fuisse in Iudea etiam Iosephus asserit. Rursus in alijs dispersionibus duces uestræ generis honoratos passim habebatis, legitimus & sacrorum uestrorum cultu integrum seruabatis, in hac uero nequaquam. Præterea uos Deus tunc Prophetarū missione consolabatur, qui uel citam liberationem pollicebatur, qualis Hieremias, atq; Ezechiel, uel iam instantem monstrabant, qualis Daniel, El'dras, Aggeus, & Zacharias. Ex quo apparet, Deum uos tunc tanquam filios habuissile, non ut hodie tanquam hostes. Nullum enim post Iesum Prophetam habetis, quod uobis minatus est Psalmus. Nam non est Propheta, & uos non cognoscet amplius. Cur Deus uos uita, maxima ex parte, atq; Sacerdotio, regno, Prophetis tamdiu omnia priuauit. Ut ostenderet uos omnis diuina spei, hereditatisque expertes, tanquam rebelles iam pridem reprobauisse. Quomodo ergo Messiam ab eo expectare potestis? a quo Messie pracones, & similitudines minime impetraris. Postremo alijs ad breue quoddam tempus, & ad regiones quasdam, post Iesum ad longissimum, immo ad uniuersum, percuti omniem orbem etis exterminati, ut pote qui in Deum ipsum, qui semper & ubique est, cum peregitis Iesum, propriè deliquistis, cum occiditis Prophetas, in Dei nuncios peccauistis, cum coluistis idola, regnum Deo quantum in uobis fuit, absoluisti, quid reliqui uobis supererat, nisi ut in personam Dei propriam se uertetis? Si igitur occidentes scelus scelus commisisti, Prophetarum cæde & idolatria maius, tunc certè scelus in Deum, atque econuerso, si quando manus in Deum impias iniecisti, tunc solum id geri potuit, cum iniecisti in Iesum, qui solus in orbe terrarum solis uirtutibus, prodigijsque esse se uerum summi Dei filium, Deumque monstrauit. De primo hactenus dictum sit. Secundo uero loco ad culpam hanc uestram, ob quam miseri exultat pertinet, ut uobis omnibus ubique, & semper communis sit, singuli enim continetur uideque sententia miseram iniam dicitis. Nullum si hunc uero scelus ex cogitari potest, quo singuli, si id est in seculi satis, nisi quod uitam Iesu scelus & discipulorum improbat, excedit uero probat, quæ ob causam Christianæ cædis participes etis, quod quidem ita tetigit Hieremias: Quid uultis mecum iudicio contendere? omnes enim uos deliquistis in me. Cum uero uitulum in orbe fabricatum, uel Prophetarum cædes, uel alia que uis malorum uestrorum in manu sceleris utuperetur, careat isque omni inclinatione, seu ad Prophetas occidentos, seu ad idola fabricantia, sequitur ut nullo modo scelerum illorum propriè participes sis. Delirant igitur qui uos propter idola culta, uel Prophetas occisis hoc calamitate pressos existimat. Terrium uero, quod ad culpam tantæ misericoriam attinet, esse uideretur, ut occulta sit, uobisque ignota, si quidem in libro illo Talmutico, qui inscribitur Magnila, que ritur cue in Babylonie peregrinantibus, afflictionis terminus predicatus fuit, quod ita Hieremias testificatur. Postquam completi fuerint in Babylone septuaginta anni, uisitabos uos. Peregrinantibus autem post Titum, nullus unquam misericoriarum predicatus est finis. Ad hogib[us] sic breviter responderetur. Tunc illis finis malorum ostensus est, quemadmodum & culpa, ob quam mala petebantur aperta, his autem quibus ignota culpa est, ignotus & finis, hec ibi. Nullum uero aliud commune scelus uestrum omnino est omnibus uobis ignotum, præterid, quod in Iesum uestrum commiserunt, ac uos approbat.

Non